



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 25. Quæstio Cainonensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

proventibus Ordinis usque ad concilium ^{Sæcul. XIV.}
 generale, quod tum statutum est. In A.C. 1308.
 terea dum Rex Pictaviæ erat, vocabantur
 illuc Magnus Magister & complures Equi-
 tes, Papæ Regisque voluntatem au-
 dituri: sed modico post tempore ad pri-
 mos carceres suos reducti sunt.

§. XXV.

Quæstio Cainonensis.

Cum aliqui horum Equitum advenire
 Pictavium non potuissent, sed ægri
 mansissent Cainone in Turonia, Papa
 tres illuc Cardinales misit, qui quæstio-
 nem de illis haberent. Equites erant
 quinque, Magnus Magister Templi, Be-
 neficiarius in Cypro, Inspector Galliæ, ac
 duo Beneficarii in Aquitania & Norman-
 nia. Cardinales erant Berengarius Fre-
 dolius, Stephanus Susius, & Landolphus
 Brancacius. Sabbato post assumptam
 in cœlum SS. Virginem 17 Augusti ac-
 cersito Beneficario Cyprio malefactis,
 de quibus Ordo infamatus esset, expositis
 injunxere juramentum. Agnito delicto
 suo falsus est se defecisse a Domino
 Nostro, & juxta crucem spuisse.
 Beneficiarius Normannicus abdicatio-
 nem fidei pariter est confessus. Dein,
 cum Beneficarii Pictonicus, Normanni-
 cus, & Aquitanicus simul essent, Picto-
 nicus,

Dupui. p. 118

Bal. to. 2.

p. 121.

Sæcul. XIV.
A.C. 1308. nicus fatebatur se illi, a quo receptus fuisset in Ordinem, promississe, si Fratres ipsum sui rogarent, an abnegasset Deum, fore, ut id affirmaret.

Postera die dominica 18 Augusti Cardinales mane acciri ad se iusserunt Fratrem Hugonem Paraldum, ac vespere ultimum Magistrum Magnum: qui auditis accusationis capitibus postulatum usque ad diem proximam deliberandi spatium impetrabant. Die lunæ igitur Frater Hugo in confessione Parisiis facta persistens speciatim dicebat se Christo renunciasse fidem, & caput seu idolum illud vidisse. Tandem sequente die Martis Magnus Magister confessus est se Deo nuncium remisisse; atque Cardinales oravit, ut fratrem ipsi servientem, quem haberet secum, audirent: qui est idem falsus. Omnes hæc confessiones redactæ sunt in formam autoritate valentem. Tum accusati petebant absolutionem a censuris, in quas incurrissent: & Cardinales illam eis dederunt. Hæc videmus in epistola, quam ad Regem Philippum hac super re scripserunt Cainone eodem die Martis 20 Aug. 1308.